

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*17*

[1328] ottobre 8, Ind. XII, Napoli

Philippus Extantardus, Tramonti dominus, universis officialibus, familiaribus et vassallis suis per alias constitutis salutem et amorem sincerum.

1

Cum viri nobiles Franciscus Extantardus, dilectus patruus noster et dominus Bernardus de Parma, canonicus Aversanus, exequutores testamenti quondam domini Thomasii Extantardi, genitoris nostri, circumspectos viros dominum Iohannem Casuteum, subcentonem Acerrarum, et notarium Philippum de Parma, latores presentium, pro capiendis et recuperandis et exhigendis ac vendendis omnibus bonis mobilibus et se moventibus ac pecuniis dicti quondam domini genitoris nostri et que extabant et debita erant eidem tempore mortis sue, que pro exequutione dicti testamenti sui, exceptis equis, equabus et armis nobis dimissis, in dicto suo testamento legavit et exceptis etiam vaccis ad fetum eligendis per dominum Guillelmum Malabuccam vel alterum ordinandum etiam per nos, utilibus et necessariis pro massariis nostris, pro exequutione dicti testamenti effectualiter faciendis ac insuper pro faciendis inquisitionibus de omnibus in quibus genitor noster aliquibus personis debitor appareret, ducant presentialiter destinandos. Nosque ut dicta exequutio testamenti effectum laudabilem et celerem exequatur totis affectibus capiamus, vobis omnibus et singulis precipiendo mandamus quatenus eidem in hiis omnibus predictis et singulis aliis quibuscumque, ad que eorum commisso se extendit, curetis devote intendere, respondere et efficaciter obedire, dantes Per Filippo Stendardo, come per Francesco e Tommaso, cf. *Introduzione* testo corr. a nota 54.

eis in premissis vestrum consilium, auxilium et favorem, circa eos taliter res gerentes, quod predicta celeriter valeant expedire et vos inde apud nos poxitis merito commendari. Datum Neapoli die octavo octubris duodecime indictionis.